

vunt; opus tamen labent pedes lavare, quoniam sine peccato non sunt. Propter hoc dicit in Cantico Canticorum: *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Dicit enim hoc eum cogit ad Christum venire, et terram calcare eum veni... Vide et S. Bernardum, sermone 4 in *Cena Domini*.

Vers. 12, 13, 14, 15. — *Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magister, et Domine, et bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quomodocumque ego feci vobis, ita et vos faciatis.* Discipuli Christi sumus; ejus igitur documenta et praecepta animo complecti, diligere, praticare et sectari debemus, ut Magistri nostri. Christi servi sumus; illi igitur in omnibus et semper obsequi debemus ut Domino nostro, qui nihil, nisi justum, sanctum, salutare nobis precipere potest. Eius humilitatem et charitatem debemus imitari, et pro nostris viribus nos ei conformare. Haec enim vox, *quemadmodum*, similitudinem, non aequalitatem significat. Sic ludimagistri pueris litteras quam pulcherrimas scribant, ut quoad poterant imitentur. Ubi nunc qui conservos despiciunt? Ubi qui honores expetunt? Proditoris pedes Dominus lavi, sacrilegi, furis, et pro proditoris tempore, cum nulla speranda esset emendatio, mensam communem posuit; et in elatis supercilii intumescit? *Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes.* Non dixit quod majus erat: Si ergo pedes proditoris lavi, quid mirum si vos alter alterius? sed rem fecit, inde eam discipulis tanta humilitatis et charitatis testibus testimandam reliquit. Ideo dicebat: *Qui fecerit, et docuerit, hic magnus vocabitur*, Matth. 5. Haec enim vera doctrina est, quod doces id reipsa operari. Quomodo fastum hoc humilitatis exemplum non tolleret? Quomodo deprimeret elationem? Qui sedet super Cherubin, proditoris pedes lavi: tu homo, terra et pulvis, extolleris et intumescis? Quod si veram celsitudinem concupiscis, viam te docebo. Humilitas est. Nonquam humilitas sine magnitudine animi, nec superbia sine pusillanimitate. Qui enim presentibus terrenisque rebus tanquam magnis inhilat, is viliis est et abjecti animi. Sapiens parvifacit temporalia et peritura: nec igitur ea ab alio desiderat accipere: contra verò, qui sapiens non est, ad Iudicem et vilia, puerorum instar afficitur, illaque admiratur.

Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis. Non dedignetur quod fecit Christus, facere christianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel si jam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus. Debet tandem unusquisque se infra proximum humilare, ut illum Christo lucratur. Debet, prout suae conditioni, statui, vel officio convenit, pedum ipsius, id est, affectum et conversationis sordes lavare et abstergere bonis exemplis, fraternam correctione, salutaribus monitis, et consiliis adhortationibus, orationibus, injuriarum condonatione. Quid enim videtur in hac altitudine sacramenti Dominus signifi-

care, cum dicit: *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.* nisi quod aperitissimè dicit Apostolus, Coloss. 3, 5: *Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos? Invicem itaque nobis delicta donemus, ut pro nostris delictis invicem oremus, atque ita quomodocumque invicem pedes nostros lavemus.*

Vers. 16, 17. — *Amen, amen dico vobis: Non est aeternus major domino suo; neque apostolus major est eo qui misit illum. Si haec scitis, beati eritis si feceritis ea.* Non ad convincendam mentem, sed ad movendam voluntatem discipulorum, duplici juramento confirmat Christus, servum non esse domino suo majorem, nec apostolum eo qui misit illum. Id certè non ignorabam, quod speculationem attinet: sed necesse erat ut Ecclesiae pastores et rectores persuasum haberent, se in firmissimo profundè humilitatis fundamentum suam omnem excellentiam collocare debere, suum meritum consistere: nihilque fore injustius, quam si servi ac discipuli praeceptum et exemplum humilitatis à Domino suo et Magistro sibi traditum implere negligant, aut contemnant. *Si haec scitis, beati eritis si feceritis ea.* Praestaret enim noscitur, quam cognita nolle proficere. Unde alias ait: *Qui non cognovit voluntatem domini sui, et non fecit, vapulabit multis*, Luc. 48, 43. Nam ei qui sciens voluntatem Domini sui, contra illam fecerit, cognitio condemnationis erit: contempsit enim, cum ad officium implendum nihil ei desset. Cognitio igitur sine operibus inanis est, fides sine operibus mortua est. *Si haec scitis, beati eritis si feceritis ea.*

Vers. 20. — *Amen, amen dico vobis: Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.* Unio Christi cum membris suis tam intima, tam aetna est, ut collata ipsi officia et beneficia accipiat et remuneret velut sibi ipsi facta. Sed major est illius cum ministris suis conjunctio, propter unitatem sacerdotii, cujus illos participes facit. Ab illo missi sunt, ut ille à Patre; locum illius in Ecclesia tenent; auctoritatem illius exercent; divinae illius actionis emanationem acceperunt; sacerdotio illius funguntur. Quicumque igitur illos rejicit, vel spernit, Christum spernit et rejicit. Quicumque illos recipit et colit, Christum recipit et colit.

Vers. 21. — *Cum haec dixisset Jesus, turbatus est spiritu, et protestatus est, et dixit: Amen, amen dico vobis: Qui unus ex vobis tradet me, quam immane sit Iudae scelus, quam horrenda proditio, nihil magis ostendit quam Christi Jesu turbatio. Tam nefarium est indignè communicantium crimen, tam execrandum scelus sacerdotum et pastorum, qui veritatem, Ecclesiam, bonum salutis animarum suis commodis postponent, ut totis proditoris consideratione turbari posset anima Christi Jesu, si adhuc in carne mortali versaretur, et his affectionibus obnoxia esset, quas propter nos suscipere, patique voluit. Id etiam fortassis, inquit S. Augustinus, tract. 60 in Joan., nobis significare Dominus sua perturbatione dignatus est, quod falsos*

fratres, et dominici agri zizania ita necesse est usque ad messis tempus inter frumenta tolerari, ut quod ex eis aliqua separari etiam ante messem urgens causa compelli, fieri sine Ecclesiae perturbatione non possit. Haec perturbationem sanctorum suorum per schismaticos et hereticos futuram, quodammodo praenuntians Dominus, praefiguravit in se ipso, cum exituro Judà homine malo et commixtionem frumenti in quà diu fuerat toleratus, separatione apertissimè relicto, turbatus est non carne, sed spiritu. Spirituales enim ejus in hujusmodi scandalis non perversitate, sed charitate turbantur, ne forte in separatione aliquorum zizaniorum simul eradicetur et triticum.

Unus ex vobis tradet me. Unus ex vobis, numero, non merito; specie, non virtute; commixtione corporali, non vinculo spirituali: carnis adjunctione, non cordis sociis unitate: proinde non qui ex vobis est, sed qui ex vobis exiturus est. Unde S. Joannes in epistola primà scribit: *Ex notis acciunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent atque nobiscum.* Non erat igitur ex illis Judas: mansisset enim cum illis, si esset ex illis... Utrunque tamen verum est, et ex nobis, et non ex nobis: secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis: secundum communionem sacramentorum ex nobis, secundum suorum proprietatem criminum non ex nobis.

Vers. 25, 24, 26. — *Erat ergo recubans unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus, etc.* Virginalis castitas S. Joannis aditum illi patefecit in sinu Jesu, ex quo et Evangelii sui arcana, et amorem ardentissimum erga Jesum Christum hausit. Castitas porrò et modestia aetno federe conjunctae sunt. Non mirum ergo quòd S. Joannes sancto pudore illum ab omni jactantiae spe deterrente, nomen suum sileat, cum favores Magistri sui commemorat. Aliud nosci non vult, quàm ex bonitate singulari Christi Jesu erga se; nec alia ejus dona enumerat, sed amorem unum, qui ceterorum omnium donorum fons et origo est. *Discipulus quem diligebat Jesus.* Ideò in sinu Jesu, in throno amoris ejus recumbit. Joannes castitatem, modestiam, charitatem imitemur, et unusquisque nostrum erit dilectus discipulus Jesu. Dignà communionem sit ut Christus in sinu nostro recumbat, et nos in sinu Jesu; ut maneat in nobis, et nos in eo. *Innit ergo huic: Simon Petrus, et dixit ei: Quis est de quo dicit? Charitas et auctoritas Ecclesiae simul concurrunt ut malorum ministrorum crimina detegantur: conjunctisque studiis impediunt ne animarum saluti noceant. Itaque cum recubasset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est? Hic est pectoris sinus, sapientiae secretum. In hoc sinu qui per castitatem et charitatem recumbunt, coelestis luminis illustrantur, et Spiritus eos docet de omnibus ad salutem necessariis, quin etiam ad regimen Ecclesiae, et animarum directionem, si praepositi sint, vel in sacro ministerio constituti.*

Vers. 26, 27. — *Respondit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero, etc.* Dona Dei ab hypocrisis recepta introitus diaboli in corda illorum sequitur. Si buccellam panis à Christo accipere ficto ani-

mo tam exitale est, quòd exitialis corpus ejus et sanguinem sacrilegè communionem percipere? Sacrilega communicatio, cujus figura vult panis intinctus à Christo Judo porrectus, peccatoris obdurationem interdum consummat. *Et post buccellam introit in eum satanas.* Scripsit Apostolus, 1 Cor. 11, 27: *Quicumque manducaverit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Et de his erat sermo, qui Domini corpus, velut alium cibum quemlibet indiscretè negligenterque sumebant. *Ille ergo si corrumpitur qui non didicit, hoc est, non discernit à ceteris cibis dominicum corpus; quò modo damnatur qui ad ejus mensam fingens amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia convivantis, quò panà perentur venditor invitantis? Quid erat autem panis traditori datus, nisi demonstratio gratiae cui fuisset ingratus?* Hæc S. Augustinus, tract. 62 in Joan.

Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citius. Non praecepit facinus, inquit S. Augustinus, ibid., n. 4, sed praedixit Judae malum, nobis bonum. Quid enim Judae pejus, et quid nobis melius quàm traditus Christus, ab illo adversus illum, pro nobis prater illum? *Quod facis, fac citius.* O verbum libentissimè parati, quàm irati! O verbum non tam penam exprimens proditoris, quàm mercedem significans Redemptoris! *Id dixit, non tam in perniciem perituri sciendo, quàm ad salutem fidelium festinando: quia traditus est propter delicta nostra, et dilecti Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ei, Ephes. 5, 25.* Et de se ipso dicit Apostolus: *Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me*, Galat. 2, 20. Nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christum. Quid habet Judas nisi peccatum? Neque enim in tradendo Christo salutem nostram cogitavit, propter quam traditus est Christus, sed cogitavit pecunie lucrum, et inventit anime detrimentum. Accipit mercedem quam voluit, sed nolenti est data quam meruit. Tradidit Judas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negotium suae venditionis, iste nostrae redemptionis. *Quod facis, fac citius; non quia tu potes, sed quia hoc vult qui totum potest.*

Vers. 31, 32. — *Cum ergo exisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo.* Gloriam suam in humiliactionibus, opprobriis, passione, in obedientia usque ad mortem Dominus noster Jesus Christus constituit, quia haec omnia ad gloriam Patris referuntur. Discat hinc Christianus gloriam omnem suam et honorem in Dei cultu et fidelè mandatorum ejus observantia ponere; discat in nullo alio nisi in cruce Domini Jesu gloriam, per quam illi crucifixus sit mundus, et ille mundo. Nullam periculum generosè et fortiter non adeat ut gloriam Dei procuret pro sui status officio; sic enim et ipse gloriam aeternam consequetur. Nisi stram enim felicitatem cum gloria sua conjunctam divina bonitas esse voluit. *Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso.*

Vers. 31, 33. — *Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, gratulor, nullis pre-*

cedentibus meritis : ita sitis in omnes benefici, etiam in eos quibus nihil debetis. Dilectio ista, exuto veteri, induit nos hominem novum. Hæc antiquos etiam justos, patriarchas et prophetas, sicut postea sanctos apostolos innovavit : ipsa et nunc innovat gentes, et ex universo genere humano, quod diffunditur toto orbe terrarum, facit et colligit populum novum, corpus novæ nupte, Filii Dei unigeniti sponsæ. Propter quod pro invicem sollicita sunt membra in ea, et si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. « Audient enim atque custodiant : Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis : non sicut se diligunt qui corrumpunt ; nec sicut se diligunt homines quoniam homines sunt ; sed sicut se diligunt quoniam dii sunt et filii Altissimi omnes, ut sint Filio ejus unico fratres, et dilectione invicem diligentes, quia ipse dilexit eos, perducitur eos ad illum finem qui sufficit eis, ubi satiatur in bonis desideriorum eorum. »

Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. « Quid Christus nisi Deum dilexit in nobis ? Non quod habebamus, sed ut haberemus : ut perdat nos ubi sit Deus omnia in omnibus. Sic etiam Medicus recte dicitur ægros diligere : et quid in eis nisi salutem diligit, quam cupit utique revocare, non morbum, quem venit expellere ? Sic ergo et nos invicem diligamus, ut quantum possumus, invicem ad habendam in nobis Deum curâ dilectionis attrahamus. Hanc dilectionem nobis donat ipse qui ait : Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. Ad hoc ergo nos dilexit, ut et nos diligamus invicem : hoc nobis conferens diligendo nos, ut mutâ dilectione constringamur inter nos, et tam dulci vinculo connexis membris corpus tanti capitis simus. » Christiana amicitia sola illa est, quâ homines in Deo, et propter Deum, per Spiritum Christi Jesu se diligunt. Hæc propria nota Christianorum, gratuita charitas, non querens que sua sunt. Illos diligere qui nos diligunt, et nobis benefaciunt, amicitia merè humana est ; illos diligere, qui nulla nobis benevolentia testimonia exhibent, imò et qui nos oderunt, quia mandatum Domini est, charitas est propria discipulorum Christi. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem : « tanquam diceret : Alia munera mea vobiscum habent etiam non mei, non solum naturam, vitam, sensum, rationem, et eam salutem, que hominibus peccatoribusque communis est ; verum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, et traditionem corporis sui, ut ardeant ; sed quoniam charitatem non habent, ut cymbala conerepant, nihil sunt, nihil illis prodest. Non ergo in illis quamvis bonis muneribus meis, que habere possunt etiam non discipuli mei ; sed in hoc cognoscent omnes quia discipuli

CAPIT. XIV.

1. Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite.

mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. » Ita S. Augustinus. Hoc signo primi Christiani noscebantur. « Ejusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam, ait Tertullianus, Apolog. 59. Vide, inquit, ut invicem se diligant.... et ut pro alterutro mori sint parati. »

VERS. 56, 57, 58. — Dicit ei Simon Petrus : Domine, quò vadis ? Respondit ei Jesus : Quò ego vado, non potes me modo sequi ; sequeris autem postea. « Quid festinas, Petre ? Nondum te suo Spiritu solidavit Petra. Noli extolli præsumendo, non potes modo, noli deieci desperando, sequeris postea. » Cum se unusquisque nostrum non posse operari bonum supernaturale perspexerit, ad Deum confugiat, et orat genitricis voluntatis, ut impetret donum facultatis. Quamvis infirmitatis nostræ consensimus, in Domino confidentes dicamus : Omnia possum in eo qui me confortat : sed ne confidamus in nobis, ne de viribus nostris præsumamus. Dicit ei Petrus : Quare non possum te sequi modo ? Animam meam pro te ponam. « Voluntatem suam, inquit S. Augustinus, tract. 66 in Joannem, jactabat infirmus, sed inspiciebat valetudinem Medicus. Iste promittebat, ille prænoscebat : qui ne sciebat, audiebat : qui præsciebat, docebat. Quantum sibi assumpserat Petrus intendo quid vellet, ignorando quid posset ? Respondit ei Jesus : Animam tuam pro me pones ? Amen, amen dico tibi : Non cantabit gallus, donec ter me neges. Ita ne facies pro me, quod ego nondum pro te ? Præire potes, qui sequi non potes ? Quid tantum præsumis ? Quid de te sentis ? Quid esse te credis ? Amen, amen dico tibi : Non cantabit gallus, donec ter me neges. Ecce quomodo tibi citò apparebis, qui magna loqueris, et te parvulum nescis. Qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis vitam tuam. Qui te jam putas mori posse pro me, prius vire pro te ; nam timendo mortem carnis tue, mortem dabis anime tue. Quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. » Non cantabit gallus, donec ter me neges. In animâ itaque Petri præcessit quod offerrebat in corpore. Non tamen pro Domino, ut temerè præsumebat, præcessit, sed aliter quam putabat. Namque ante mortem et resurrectionem Domini, et mortuus est negando, et revixit precorando : sed mortuus est quia superbè præsumpsit, revixit autem quia benignè ille respexit.

Observatione dignus est S. Joannis Chrysostomi commentarius, desertionem Petri à gratiâ divinâ, in ejus præsumptionem pariter refundentis. « Quid dicis, Petre ? dicenti : Non potes, te posse dicis ? Experientia cognosces nihil esse dilectionem tuam sine gratiâ divinâ. Unde constat hunc casum Jesum pro ipsius utilitate permisisse. Nam cum assertioni suæ fervore quodam non staret Petrus, non quidem impulit ad negandum, sed desertum reliquit, ut suam ipse intelligeret imbecillitatem. »

CHAPITRE XIV.

1. Que votre cœur ne se trouble point, Vous croyez en Dieu, croyez aussi en moi.

2. In domo Patris mei mansiones multe sunt : si quo minus, dixisset vobis : quia vado parare vobis locum.

3. Et si abiero, et preparavero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis.

4. Et quò ego vado scitis, et viam scitis.

5. Dicit ei Thomas : Domine, nescimus quò vadis, et quomodò possumus viam scire ?

6. Dicit ei Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita : nemo venit ad Patrem, nisi per me.

7. Si cognovissetis me et Patrem meum utique cognovissetis : et amodò cognoscetis eum, et vidistis eum.

8. Dicit ei Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.

9. Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me ? Philippe . qui videt me , videt et Patrem. Quomodò tu dicis : Ostende nobis Patrem ?

10. Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est ? Verba que ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

11. Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est ? Alioquin propter opera ipsa credite.

12. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet : quia ego ad Patrem vado.

13. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.

14. Si quis petierit me in nomine meo, hoc faciam.

15. Si diligitis me, mandata mea servate.

16. Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum ;

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum : vos autem cognoscetis eum, qui apud vos manebit, et in vobis erit.

18. Non relinquam vos orphanos : veniam ad vos. 19. Adhuc modicum, et mundus me jam non videt. Vos autem videtis me, quia ego vivo, et vos videtis.

20. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.

22. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes : Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, et non mundo ?

23. Respondit Jesus, et dixit ei : Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem eum cum faciemus.

24. Qui non diligit me, sermones meos non servat :

2. Il y a plusieurs demeures dans la maison de mon Père. Si cela n'était je vous l'aurais dit, car je vais vous préparer le lieu.

3. Et après que je m'en serai allé, et que je vous aurai préparé le lieu, je reviendrai, et vous retirerez à moi, afin que vous soyez où je suis.

4. Et vous savez bien où je vais, et vous en savez la voie.

5. Thomas lui dit : Seigneur, nous ne savons où vous allez ; et comment pouvons-nous en savoir la voie ?

6. Jésus lui dit : Je suis la voie, la vérité et la vie ; personne ne vient au Père, si ce n'est par moi.

7. Si vous me connaissiez, vous connaîtriez aussi mon Père ; et vous le connaîtriez bientôt, et vous l'avez vu.

8. Philippe lui dit : Seigneur montrez-nous votre Père, et il nous suffit.

9. Jésus lui répondit : Il y a si longtemps que je suis avec vous ; et vous ne me connaissez pas ? Philippe, celui qui me voit, voit aussi mon Père. Comment donc dites-vous : Montrez-nous votre Père ?

10. Ne croyez-vous pas que je suis en mon Père, et que mon Père est en moi ? Ce que je vous dis, je ne vous le dis pas de moi-même, mais mon Père, qui demeure en moi, fait lui-même les œuvres que je fais.

11. Ne croyez-vous pas que je suis en mon Père, et que mon Père est en moi ? croyez-le au moins à cause de mes œuvres.

12. En vérité, en vérité je vous le dis, celui qui croit en moi fera les œuvres que je fais ; et il en fera encore de plus grandes, parce que je m'en vais à mon Père ;

13. Et tout ce que vous demanderez à mon Père en mon nom, je le ferai, afin que le Père soit glorifié dans le Fils.

14. Si vous me demandez quelque chose en mon nom, je le ferai.

15. Si vous m'aimez, gardez mes commandements ;

16. Et je prierai mon Père, et il vous donnera un autre consolateur, afin qu'il demeure éternellement avec vous ;

17. L'Esprit de vérité, que le monde ne peut recevoir, parce qu'il ne le voit point, et ne le connaît point ; mais pour vous, vous le connaîtrez, parce qu'il demeurera avec vous, et il sera en vous.

18. Je ne vous laisserai point orphelins ; je viendrai à vous.

19. Encore un peu de temps, et le monde ne me verra plus. Mais pour vous, vous me verrez, parce que je vis, et que vous vivrez aussi.

20. En ce jour-là, vous connaîtrez que je suis en mon Père ; et vous en moi, et moi en vous.

21. Celui qui a reçu mes commandements, et qui les garde, c'est celui-là qui m'aime ; et celui qui m'aime, sera aimé de mon Père, et je l'aimeraï aussi, et je me découvrirai moi-même à lui.

22. Judas, non pas l'iscaiote, lui dit : Seigneur, d'où vient que vous vous découvrez à nous, et non pas au monde ?

23. Jésus répondit et lui dit : Si quelqu'un m'aime, il gardera ma parole, et mon Père l'aimera, et nous viendrons à lui, et nous ferons en lui notre demeure.

24. Celui qui ne m'aime point, ne garde point mes